



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Affirmans sententia à nobis probatur, atque à præfato argumento,
aliisque leuioribus vindicatur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

vilitas, nec voluntatem ad sui electionem mouet, & ob quam medium, nec eligitur, nec amatur: cum nihil fere sit, ad quod aliud quoduis non sit Deo vile, & contra, vt efficiens physicum, vel intentionale, vel materia, occasio, & cetera; idque Deo, cum quoduis esse vult, ac desiderat, comitanter innoscat; nihil de facto producat, quod non vere eligat ex intentione alterius, & quin alterius decreta electiones, & intentiones vere ad electiones, decretaque aliorum omnium mutuo, implicatoriè tamen antecedant. Dices non amari ea obiecta, vt finem, & intentione, sed desiderari solum: quare nec inuicem intentionem vnius determinare, aut mouere physice ad electionem alterius. Contra ergo nullius appositio, & electio est effectus intentionis alterius, si ultra desiderium vnius, & comitantiam scientiæ de vilitate alterius ad ipsum aliquid ulterius requiritur, vt electio vera quam dicit extrinsecam, desiderij illius sit, atque vt desiderium illud sit intentio respectu electionis eius. Secundo: designa, quidnam in tua hac doctrina sit illud ulterius. Dices in mutuo de se vilitibus præter desiderium eorum, & mutue vilitatis scientiam comitantem, cum vnius, quam alterius non sit ratio maior, vt ex alterius intentione decernatur, fiat, atque eligatur extrinsecè, ex libertate voluntatis eius, qui vtrumque decernit ac desiderat pendere, vt vnum eligatur, extrinsecè adhuc, decernatur, ac fiat ex desiderio, & amore alterius: quare, vt huius desiderium intentionum, siue sit illius electio, verum respectu intentionis alterius doctrina absolute verissima est, sed quæ electiones tuas extrinsecas ab scholis elimeat.

7. Infero primo: ergo desiderio & amore cuiusvis obiecti adstante etiam scientia de alterius à Deo decreti vilitate ad illud assequendum ordinata satis ea desideria non sunt, vt eorum alterum intentionum seu intentio & causa sit desiderij alterius; hoc vero alterum electio vera & effectus illius: vt asserbas, sed ulterius ordinatio libera ab vtrumque desiderante, vnius in alterum requiritur. Contra secundò: ordinatio hæc libera à voluntate vtrumque desiderantis nil aliud esse potest, quam desiderium vnius propter se, & alterius propter alterum illud, siue vt vile ad ipsum, quod ipsum est propter eius vilitatem ad illud alterum amari, ac proinde ac intrinsecè electione eligi, quocirca hæc solutio intrinsecam solum electionem, veram admittit, extrinsecam vero quam hi recentiores intrudere contra statam Philosophiam, & Theologiam intrudere conabantur chimericè ostendit impossibile. Cum ergo electio omnis vera ob mediū vilitatem habenda necessario sit, nequeatque medium vt vile eligi, & amari in horum sententia, quin intermedia sine quibus vile ad finem medium re ipsa esse nequit, vel formaliter, vel interpretatiue ab ita eligente ametur, atque peccati permissioni si peccato intermedio vilitis ad gloriam siue per penitentiam siue humilitate, siue per alia quamvis virtute ob illud concipienda à prædestinato consequendam, sit plane vt eligi à Deo permissio peccati ex intentione gloriæ prædestinati nequeat, atque esse effectus prædestinationis, quin vel formaliter vel interpretatiue ab ipso ametur peccatum, vt robuste, atque hæcenus insolubiliter negantis sententia author noster Vasquez arguebat: quare aliunde rentanda à nobis solutio erit, vt affirmans sententia possit consistere.

CERTAMEN III.

Affirmans sententia nobis probatur, atque à præfato argumento, alii que leuioribus vindicatur.

Discendum nobis absolute est permissionem peccati prædestinati prædestinationis eius ad gloriam etiam media penitentia determinare consequendam, effectum

esse. Ita Bañez 1. p. q. 2. disp. 3. Magister Albi de prædest. d. 4. lect. 13. §. 8. *Mibi autem hoc fundamentum in diuina sententiam Soarj, & suam olim veritatem è Dominica schola Bañez citat. q. 2. a. 1. notab. 3. a. 4. dub. 1. Zuerli 1. conclus. 7. Albeldi d. 7. lect. 1. Nazarius Conton, vna lect. 9. Machin d. 4. 8. lect. 9. Trigossias in Bonauenturam 1. p. q. 13. a. 2. dub. 4. conclus. 6. Probatur permissio peccati medium non vile solum, sed efficax seu coniungendum certo, & infallibiliter cum gloria prædestinati est, atque ex eius gloria intentione à Deo electum, & apponitur etiam per penitentiam de peccato admissio obtinenda, ergo est effectus prædestinationis. Consequenter patet. 1. 1. thema antecedentis pars in qua est difficultas tota probatur discursu facili, atque vniuersali dato pro conclusionem simili citata contrarij de incarnat. d. 1. q. 2. cert. 1. qui nobis magis placet, quod Vasquij principis inuenit, vt contra eius argumentum ex inimicis nostris sit nobis salus. Potest tamen amari permissio peccati (quæ de facto à Deo amatur) ex intentione penitentia & gloriæ prædestinati penitentia determinata intencione obtinenda, quæ formaliter, vel interpretatiue vltimo modo à Deo amatur peccatum: atqui opposita solum necessitas amari aliquo modo peccatum, si ex eorum intentione eligetur peccati permissio, oberrat, quominus effectus esset prædestinationis: ergo permissio peccati est effectus prædestinationis: maiorem probat Magister Albi discursu postea examinando. Sic autem ego ex Vasquij doctrina 1. 2. tom. 1. disp. 4. c. 2. vbi satis doctè, & subtiliter antiquo suo principio à coactanis impugnato insidit. Nomen intermedia, seu proximiora media nec habere rationem finis, neque exercere finis causalitatem respectu mediorum remotiorum.*

2. Probatur ex Germana interpretatione, & sensu Aristotelis. 1. Physicorum text. 2. 9. finem determinans, cuius gratia cetera fiunt, est autem ab Agrippolo illud ceterum additum sit, additum tamen est ex Aristotelis mente, vbi quis de fine egit, Nam 1. Ethicor. cap. 1. boni absolute talis, & absolute, ac de se ambili quod ipsum finis apud ipsum est naturam esse ait. de illius gratia cetera aguntur; & subdit in actibus eius omni electione id quod est finis bonum & ambili absolute est: huius enim gratia cetera emittuntur. Et 2. met. c. 2. causa finalis processum in finem in euidenter confutatur: item ipsum, cuius causa finalis natura est, quod non est alterius gratia, sed causa ceterorum, si tale erit vltimum, non erit in finem: quod si tale non erit ipsum eius gratia; sed, qui facit in finem, latet eo, quod boni naturam asserunt. Constat ergo apud Aristotelem bonum, seu ambibile absolute idem prorsus quod finem absolute, & quoniam datis textibus boni absolute talis nominat honestum solummodo intellexit, quia principale bonum rationalis creature (cuius proprium est operari propter finem) secundum rationis recte dictamen operantis est: & verum cum sepe rationali creature à recta ratione in sua actibus deuiare contingat: triplex non quidem absolute bonorum, sed ambibilium (in quibus non absolute tantum in se, & propter se ambilia clauduntur) generis diffinitio 8. Ethicor. c. 2. nempe bonum autonomicum tale, vt ex ipso diximus, seu honestum: facundum item, & vile, quod ita definit. Atque id erit, videtur esse per quod efficitur aliquid bonum, quæ diffinitio eadem boni in honestum, vile, & electibile traditur, cum 5. Thom. 1. p. q. 5. a. 6. communiter traditur, quare (subdit Aristoteles) sit, vt ambibile sit ipsum bonum (id est honestum) & secundum et finem.

3. Ex hac verò Aristotelis constante doctrina, non solum probatur non posse esse processum in finem causarum finalium, in quibus linea appetendi, cum in bono propter se ambibili in quouis motu voluntatis ordine sitendum sit, quod sit primum mobile intentionale voluntatis in quouis ordine motuum affectionum eius, quod propter se ametur, non propter aliud, immo cuius gratia, & propter quem cetera illius ordinis amantur: quod nulli, quod propter aliud tandem in ea libenter amatur potest conuenire. Tum quia non amatur, nec fit propter se, quod vltiori finis gratia sit, & amatur.

tum, quia eius gratia & propter ipsum cetera non sunt; in processu autem illo casualium finalium, seu finium subordinatorum ultimum assignetur deest, quod propter se ametur, nec propter aliud, ulterius nihil in ea linea causa finalis, seu finis erit. ut autem concludit Aristoteles & efficitur ex ratione hac recitatis verbis ex 1. Metaph. c. 2. *sed qui faciunt infinitum later eos quod boni* (id est finis iuxta eius phrasim) naturam auferunt: quia nimirum ex ignorantia essentiae, & natura finis ita philosophantur. Non inquam id solum ex hac certa doctrina Aristotelis de finis essentia, & natura probatur, sed id, quod intendimus: scilicet media remotiora, nec amari neque eligi (imò nec posse) propter proximiora sui media, atque horum amore eorumque gratia, ut solide & subtiliter hoc discursu. Medium nullum amari aut eligi ad aliud potest, quod propter se amatur, & intenditur, nisi, ut velle ad aliud, cuius gratia; non autem sui gratia, seu propter se ergo nec medium ali- quod gratia alterius medi amari, eligique potest. Consequenter probatur: quia bonitas, quae intrinsece inest, vel inherens atque immediate afficiens subiectum amabile propter se & gratia suis illud non reddit, nec facit, nequit aliud quod extrinsecus solum, & mediate afficit amabile reddere propter ipsum, gratia ipsius: quare implicat, ut id quod propter se gratia, sui amabile non est alia amabilia reddere propter ipsum, bonitas: ergo & amabilitas mediorum omnium, quae talium, & vilius relatiua cum sit, non absoluta formaliter motus, ad finem, propter quem est eius amore & gratia amatur solummodo referuntur: ac subinde cuncta propter illum solummodo amantur & eliguntur, ac eligi, & amari possunt, non autem vnum medium propter aliud.

4. Probatur ulterius & confirmatur ratio praecedens à priori id solum debet amari adhuc indirecte, qui terminus formalis est bonitatis, ob quam amatur, non autem terminus materialis, quem, utcumque bonitas pertingit, & concernit, atque terminus formalis bonitatis cuiusvis, est sola bonitas finis, non autem bonitas, seu utilitas aliorum mediorum, etiam proximiorum. Ergo sola bonitas finis amari indirecte debet amore, & electione mediorum etiam remotiorum à fine, non autem mediorum proximiorum bonitas seu utilitas. Consequentia est legitima. Maior probatur multis exemplis, & penitentia: de qua potissimum est praesens difficultas. Etenim penitentia eiusque bonitas essentia sua peccatum concernit ac pertingit; & tamen, quia terminus materialis solum, non autem formalis bonitatis penitentiae est, peccatum, ne indirecte quidem, amore penitentiae amatur. Minor probatur, quia, ut ex dictis patet, mediorum omnium bonitas utilitas ad finem est, nec simpliciter, & absolute talis, sed relative, ac respectu ad finem: quare, nec illum gratia sui, & propter se amatur, nec mouere voluntatem potest, ut aliud gratia ipsius, & propter ipsum ametur. Et sane nemo Chirurgum vocat propter scissionem venae, ac sanguinis effusionem, sed propter solam sanitatem, quam secundum se, & propter seipsum amat, etsi ad scindendam venam, & ut sanguis fundatur cum vocet, quod valde diuersum est, & significat. Etenim particula *propter*, ad idemmet, quod propositiones *ob* & *propter* minime significant: sicuti Hispanice, *para esto* non significat idem, atque *por esto*: postremum significat motionem intentionalem, sicuti latine, *ob* & *propter*: primum autem physicam efficientiam illius respectu alterius: quare eis, quae ordine executionis priora sunt competit esse *ut sit* aliud eo ordine posterius, siue *paraque* seu *propter*, quod ordine intentionis, seu motionis intentionalis prius, & primum est v.g. finis ipse. Quam differentiam significationum acutè obseruauit S. Th. 1. cont. gentes c. 86. & 87. ac 1. p. q. 19. a. 5. ubi Caiet. & Vasq. d. 2. c. 2. & cit. d. 4. ex 1. 2. c. 2. 4. *Carum à linea, his omnibus addit & hinc etiam docens.* Deum non velle vnam creaturam propter aliam, vel le tamen vnam creaturam esse propter aliam id est, ut docet Vasq. velle vnam creaturam esse, ut sit alia, quod in linea essendi physice est, atque particula *propter* adiuncta *ad esse* denotatur; adiuncta vero eadem particula *propter* non *ad esse*, sed ab obiecto, & eorum voluntatem, motionem intentionalem voluntatis diuinæ ab amata creatura ad amorem alterius denotat, quam S. Th. Caiet. & Vasq. non admittunt, ne à creaturis specificari diuinam volitionem admittant, si respectu illius motionem finis creaturae conuenire concedant, ac subinde Deum, quem suae volitionis

adæquatum specificationum recognoscunt, finem volitionis erga quamvis creaturam vocant; tamen, non proprie tale esse bene aduertant, ut Vasq. cit. diff. 4. c. 2. doctè obferuat: quia nimirum specificationem à motione finali respectu voluntatis, & volitionis diuinæ non satis disperxerunt, ut nos contr. de volunt. distinguimus eam tamen eis locutionibus, & moderationibus distinctionem subodorati sunt, & intenderunt, ut cit. contr. 4. de volunt. dicebamus.

5. Ut autem communi aduersariorum argumento, quod sua, ut minimum, apparentia, & difficultatis specie plures affirmatiue nostrae sententiae DD. ut vidimus turbauit, dare satisfaciat ostendendum restat explicatius, quomodo medium proximius fini terminus materialis respectu utilitatis, & conducentiae ad finem, ob quam remotius medium amatur & eligitur ab intendente solummodo sit. Etenim utilitas, & conducentia ad finem medij remotioris mediata solum, & remota re ipsa est, & quae, nisi media conducentia, & utilitate immediatiore, vel immediata absolute medij immediati ad eum finem esse non possit, nec nisi chymeticè cogitari: atqui utilitas, ob quam amatur medium remotius est utilitas realis, ac non chymetica: ergo amatur ob utilitatem terminatam ad conducentiam proximiorum mediorum ad finem; ergo hac terminus formalis nec solum materialis est utilitatis, & conducentiae remotioris, ob quam medium remotius ex intentione finis eligitur, & amatur: ac subinde indirecte saltem ab illud eligente erit amandus. Hoc totum est argumenti robur: sed tamen instatur aperte in amore penitentiae de admissio peccato, cuius bonitas, & honestas vera, & realis essentialiter respectiua est admissi peccati, & tamen terminus formalis bonitatis penitentiae non est, nec indirecte amore penitentiae amandus. Nec occurre facit, si dicas, ideo id esse, quia peccatum malum, ac primum in amabile est; sed, secus autem medij proximioris fini conducentiam proximiorum, qui terminus essentialis est conducentiae, & utilitatis remotioris medij remotioris enim vigentius instatur: quia terminus formalis amabilitatis, seu bonitatis, ob quam aliquid amatur, nequit non amorem, quod illud directe amatur, ipse indirecte amatur, ergo peccatum, quod nec directe, nec indirecte amatur, amari nequit amore penitentiae terminus formalis bonitatis penitentiae non est, & tamen est terminus aequè essentialis bonitatis penitentiae, atque medium proximum, cuiusque utilitas & conducentia proxima ad finem utilitatis, & conducentiae remotioris medij remotioris ergo ex eo quod utilitas, & conducentia illa proxima terminus essentialis utilitatis, & conducentiae remotae sit, non inferitur esse terminum formalem utilitatis huius remotae. Totum ergo argumentum aduersariorum debilitatur ex dictis, termini enim essentialis physice, & metaphysice, etiam bonitatis, ob quam, seu ratione cuius formalis rationis obiectum amatur, si eius termini in essendo siue physice, siue metaphysice solummodo sunt, non vero amabilitatis, & obiectiue motionis intentionalis non sunt eorum termini formales: ac proinde intra materiales terminos bonitatis illius se tenent. Sunt autem termini formales amabilitatis illi solum, quorum amor ad eorum amorem illorum aiori, quoad intentionalem, & obiectiuam motionem subordinatur, ut electionis mediorum amor, quorumvis finis amor: quod medijs remotis respectu proximiorum non euenit, ut ostendimus; tamen in essendo utilitatis remotioris proximior & immediata fini terminus essentialis sit, & quia sublata utilitas medij remoti deficeret, ac defectu materiae medij electio ex amore finis, atque *ob*, seu propter ipsum medium, nec eligeretur, nec amaretur.

6. Contendes adhuc contra maiorem terminum materiale debere amari indirecte amore directo eius, cuius terminus materialis ille est: siquidem amore bonitatis cuiusvis siue honestae, siue delectabilis, siue utilis amatur persona, cui honesta delectabilis, aut utilis res volita est: aut persona cuiusque bonitas terminus materialis eius bonitatis, ob quam res illa amatur solummodo est: ergo terminus solum materialis boni, & bonitatis, ob quam illud amatur, debet huius amore amare. Negatur facile minor: quia, etsi bonitatis, quae est terminus, seu obiectum formale amoris finis *qui*, seu electionis mediorum ad ipsum, persona cuiusque bonitas terminus solum materialis sit: aut eiusdem amoris, qui in finem *cui*, siue in personam, cui illa bona sunt, tendit terminus & obiectum formale.

HH h 3 &

& directum persona ipsa eiusque bonitas est: quare est attendenda bonitas finis & medijs; quæ amatur, terminus materialis persona sit, ac proinde amore finis qui aut medijs ad ipsum, quia in ipsa præcise, & formaliter tendit, amor personam non oportet; amari tamen amore illo, quia respicit finem cui, directe quidem, in communi philosophia necesse est. Quod si, ut verosimilius iudico, amor, & complacentia elicitur, ac deliberata in persona alterius cui finem quis, vel ad hunc vilius volumus, re ipsa à finis qui, vel ad hunc vilius amore differt, ac re ipsa amore finis qui, & subinde medijs præcedit, nusquam amore finis qui, & medijs ad ipsum persona, eiusque bonitas indirecte adhuc amabitur: quia terminus pure materialis cum bonitatis finis amari tum vilitatis medijs ad ipsum est: siquidem non ideo finis sue honestas sue delectabilis medijs vilius est, quia bona persona est cui illa amamus, ac subinde, tamen eorum amor complacentia in persona, cui illa volumus, physice subordinatur, ut supra de actibus imperante, & imperato docebamur certamine 2. n. 5. Constat ergo ex dictis nostrum tantum arguendo huius suo tribuisse, ut eo in primis convictus in negantem sententiam ierit, Doctoresque alios memoratos secum traxerit, nec parum negotij antecessoribus nostris, affirmantis etiam sententia Patronis, facessit. Leuius multo contra affirmantem nostram sententiam idem Vasquez, & ex ipso affectu magnus etiam Magister meus Daza, obiciunt. Omnis effectus prædestinationis debet esse gratia: atqui permissio peccati non est gratia; ergo nec effectus prædestinationis. Probatur minor quia permissio peccati est subtractio gratiæ efficacia ad non peccandum, quæ dubio procul, gratia est, longèque viliior, quam eius negatio, & subtractio: ergo nequit esse gratia, quin gratiæ negatio, & subtractio contradictione manifesta gratia sit. Confirmatur minor: quia alias peccati permissio gratia ex meritis Christi foret, vi effectus omnes prædestinationis esse debent: atque prædestinatus quis pro sui peccati, vel alterius permissione orare Deum posset: quæ diffusa sunt, & absurda. Negatur nihilominus minner. Ad eius probationem primam distingue maiorem: est gratia, & viliior prædestinato relatè ad terminum immediatum peccandi, aut non peccandi fateor, respectu quorum tandem efficacia gratiæ subtractio gratia esse non potest, ut bene argumentum probat. Relatè verò ad terminos medijs, quibus coniungenda certo, & infallibiliter peccati permissio, & subtractio gratiæ efficacia ad non peccandum in prædestinato est, nempe ad gratiam efficacem penitentia, & penitentiam, (& ampliorem inde gloriam à Deo obinde donandam) nego maiorem: atque inde constat, quo pacto permissio peccati in prædestinato effectus meritorum Christi sit ac orationis materia absque vili dissonantia, & absurditate esse posse.

6. Magister Albiz loco cit. §. *Mihi autem*, aliter electione permissionis peccati ex amore penitentia, & intentione salutis per eam à prædestinato obtinenda nullatenus amari à Deo peccatum probat, quia inquit ex amore etiam efficaci finis solum necessitatur intendens ad amandum ex necessarijs ad finem, quæ ipse facturus aliquo modo, & appositurus est, non autem, quæ ipse nullatenus facturus est, sed ab alio infallibiliter erunt, ac fieri: peccatum autem necessarium ad penitentiam Deus nullatenus facturus, appositurusque est, ut fides docet, sed solum permissurus, aliundeque est ab homine apponendum: ergo solum permissionem amare cogetur non peccatum. Confirmatur exemplo penitentia, quam post præsumptum absolute peccatum Deus amat, quin peccatum viliatenus amare cogatur, quia aliunde appositum supponit. Huc recidit tantum Patulus pro permissione peccati ex humilitatis amore, si confirmationem eius doctrinæ ab exemplo amoris penitentia post præsumptum absolute peccatum excipias: quo merito abstinuit. Non enim ideo Deus non cogitur ex amore penitentia post præsumptum peccatum, quia aliunde, ac non ab ipso positum absolute est, sed quia, etsi necessarium ad penitentiam de ipso sit, positum iam ac præsuppositum ad amorem penitentia est: quare non est titulo vili amandum, ut sit amore penitentia, qui ipsum absolute esse supponit, quod secus habet cum autem eius absolutam positionem penitentia, quæ sine

illo potius esse nequit, amatur, atque ex eius amore permissio peccati amatur, & eligitur cum penitentia, & per ipsam cum salute prædestinati certo, & infallibiliter coniungenda: tunc enim non nisi medio, seu interueniente peccato eius permissio vilius ad penitentiam, & salutem prædestinati esse potest, nedum medijs efficacis, & certo cum eis coniungendum, vnde cumque apponendum peccatum, siue à Deo, siue ab homine, quare ex amore sue efficacis, siue inefficaci penitentia, & salutis per ipsam prædestinato obtinenda permissio peccati eligi posse non videtur, nisi peccatum, quæ quo vilius, ac de facto ducta ad penitentiam, & salutem prædestinati non est, tamen: siquidem non alias, quam ut vilius, seu conducent, atque perducens de facto ad ipsas ex ipsarum amore, siue efficacis, siue inefficaci permissio peccati, vnde cumque apponendi amabilis, eligibilis non est, ut argumentum adfariorum contendit. Quocirca, vicia eius argumenti solutio & maioris in argumento nostro pro nostra sententia efformato n. 1. probatio solida, ex eo desumi debet, quod media inter media, nec finis rationem habeant, nec debeant proinde indirectè adhuc amari, amor, & electione remotioris vi à numero 2. ad 6. indubie demonstrauimus, atque à difficultatibus expugnauimus.

8. Deceueram medijs hac in re aliam Recursionem sententiam silentio præ ipsius futilitate prætere: ut vera in eam alij non solidioris ingenij post hac laborant beat illam memorare atque refellere optet pietatem fieri. Aiebant ergo permissionem peccati mortalis prædestinati prædestinationis eius effectum esse non posse, secus vero peccati venialis permissionem: probant. Quia venialis permissio volita esse potest ex intentione alicuius actus meritorij, qui penitentia non sit, & de facto ad gloriam prædestinati conducatur absque penitentia, quod gratia & amicitia Dei, formalique iustitia prædestinati peccato veniali non interueniente solo absque penitentia prædestinato contingat, permissio peccati cum eius gloria medio illo alio virtutis actus coniungatur. Hi tamen non animaduertunt illum alium virtutis actum non ex peccati sola permissione præcise, sed ex aduulso absolute peccato veniali concipiendum necessario esse ad prædestinato, ac subinde, & veniale illud si quis restaret argumentum, ob quod mortalis permissio ab effectu prædestinationis rejicitur à Deo amandum esse ex eius actus amore permissio peccati ab ipso eligens, ut contra medijs aliam Soarj sententiam arguamus cert. 1. Secundò peccatum veniale, tamen gratiam non destruat, haud dubio tamen impedit gloriæ consecutionem, quovisque expellatur: quod cum per gratiam solam habituale ipsi non aduerlantem fieri nequeat penitentia, seu contritione de ipso, cuiusque intuitus respectu gratia donata eluendum erit: vnde eidem argumento, quod in permissionem talis ex amore penitentia timent, insinuantur. Alij demum ex aduersæ sententia arguunt Penitentia aliquod scripturæ locis, (ut de induratione Pharaonis, quæ permissio sola Dei fuit, & similium quorum meminit Paulus ad Rom. 9. de peccati permissione à Deo in sua penitentia ostensionem itaque in prauos, & seculos, & diuitiarum gratia sua in vasa misericordiae quæ preparauit in gloriam). Ex quibus Deum ex finis alicuius honesti amor peccata quandoque saepe permississe constat: docent peccati permissionem in aliquo prædestinationis alio effectum esse posse: secus vero propriæ prædestinationis eius cui peccatum permittitur: sed tamen distinctio hac fortis est. Neque enim ex permissione peccati alicui oblatum est Deus alijs viatoribus, potentiam tanquam in se habet, ac misericordiam & gratiam in prædestinatos, nisi medio peccato illorum, per quod eius permissio viatoribus solummodo innotescit.